

15. §. alle Toden sollen ehrlich begraben werden: quam regu-
 lam tamen de piis tantummodo, & salvis exceptionibus, quæ
 sub generalitate illâ non comprehenduntur, accipiendam
 esse, docet B. Carpz. def. 383. n. 2. & 4. quod & convenit juri Ca-
 2 nonico c. qui divina 13. q. 2. Diximus autem supra cap. 2. sepultu-
 ram aliam esse honestam l. Ecclesiasticam, aliam inhonestam
 3 l. ignominiosam, aliam deniq; Caninam l. Asininam. De iis igi-
 tur primò locò nobis videndū erit, qui honestâ sepulturâ esse ferendi
 4 sint, suntq; omnes pii, cujuscunque sexûs, ætatis & status. De
 infantibus non baptizatis dubitatur, an & illi honestâ sepultu-
 5 râ digni & cum consuetis ceremoniis funerandi sint? Nam
 in quibusdam locis non iisdem, quibus baptizati, ceremoniis
 & solennibus terræ mandari solent, in primis apud Pontificios,
 qui eos nec beatos nec damnatos judicant, sed peculiarem
 juxta infernum locum ipsis assignant, quem limbum infan-
 tum non baptizatorum appellitant, in quò ipsis neque benè
 6 neque malè esse, credunt. De hoc limbò autem quid sentien-
 dum sit, demonstrat nobis pro more suo optimè magnum illud
 Theologorum Germanicorum lumen Salomon Glassius in tract. quem
 vocat Mosaischen Lehr und Geschichte Kern p. m. 717. verba e-
 jusdem, quoniam ad decisionem hujus quæstionis faciunt lu-
 bet referre. Er (Bellarminus) hält davor / solche Kinder
 würden in den Feuerpfuel geworffen / und doch darinnen nicht
 gebrand noch gepeiniget / die weil sie entweder an einem höhern
 Ort weren / oder weil das Feuer die Macht habe / sie zu behal-
 ten und nicht zu brennen. Das mag wol recht heißen ohne
 7 Schlaf träumen / und den Pels waschen / aber nicht nas ma-
 chen. Hactenus Glassius. Nobis certè de eorum salute dubi-
 tare non convenit, neque honestâ eos sepulturâ privare Chri-
 stianis moribus dignum, cum certum sit, eorum culpâ non
 fieri, quòd sacro ablutionis Sacramento non initiuntur; præ-
 terea passim ex Scripturâ S. nobis constat, DEO infantes ma-
 ximè